

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetii, 1608

Qvaestio xij. De maledictione,

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

scientie illi alteri adimat. Ac per hoc respō
deur ad tertium membrum, nempe aliud
esse de criminis derisionis ab alijs, scilicet
inquietatio, ac turbatio tranquilitatis con-
scientiae que magnum bonum est, secun-
dum illud Proct. 1. 5. Secuta mens quasi iu-
ge coniunctionem. Pabulum enim conscientia-
tis, nempe quo homo animam suam fagi-
nat, cogitatio est virtutum, quibus Dei fa-
vore in eius gratia perficit. Ad secundum
argumentum respondetur, quod ex illo dūs
de fe nihil importet charitati contrarium,
repectu illius personae cum qua lusus ini-
tur, potest nihilominus ratione materiae
charitati aduerteri propter contemptum.
Ad tertium respondetur, neque qui in pec-
cato redit etiam mortale, neque hypo-
cita officium simulans directe irrisor est
Dei quoniam potest vel ex infirmitate vel
exigoriantia re labi, sed interpretatio ta-
lis habetur, quia quandam irrisoris effigiē
presentat, dum quod in pānitentia promi-
tit non ierat. Adde quo i venialia iterare
non est proprie recidere, cum non sit gra-
tia Dei causas, sed est dispositio quadam ad
calum. Ad quartum denique responde-
tur, quod esti derisor quatenus ludum im-
portat, leuius quidpiam sonet quam con-
tumelias quod detractio, nihilominus quia
maior est contumelia.

QVÆSTIO XII.

DE MALEDICTIONE.

S.Tho.2.2.quæst.67.

ARTICVLVS I.

Vtrum cuiquam sit licitum alteri ma-
ledicere.

Postrema iniuria que ver-
bis infertur est maledictio
de qua primum queritur,
vtrum sit quoquo pacto
licita? Arguitur enim a
parte negativa. Apostolus namque (in
Paulus, quo Christus, ut 2.ad Corint. 13.) ipse asse-

rit, loquebatur) precipit ad Rom. 7. dicens,
Benedicite, & nolite maledicere, vt ha-
beatur Danielis. 3. Omnes tenemur Deum
Benedicere. Ait enim, Benedic filij ho-
minum Domino. & tamen ex eodem ore
(vt Iacob. Ap̄ostolus capitulo terzo docet
non potest Dei Benedic̄io, & hominis
maledictio procedere, ergo nulli licet al-
terum maledicere. Secundo arguitur ratio-
ne. Nam qui maledicunt, optare alteri incre-
pare que censetur malum. Quod quidem a-
nimis affectio cum charitate pugnat. Quin
vero neque diabolus ipse malitia obli-
tissimus licet appareat vt maledicatur,
quippe cum Ecclesi. 10. legamus, cum ma-
ledicit impius diabolum, maledic̄it ipse a-
nimam suam. Tertio denique arguitur Si
quempiam maledicere licet, hoc est quia
malus est, tamen cum aliena corda nobis
non pareant, hac ratione non appetit, lici-
ta maledictio, vnde super illud Nume. 23.
Quomodo maledicam cui non maledixit
Dominus? ait il Non potest esse iusta ma-
ledicendi causa, vbi peccantis ignoratur af-
fectus. In contrarium autem existit maledic-
tio illa Deu. 17. Maledictus qui non per-
manet in sermonibus legis huius. Et Eli-
feus, ut 4. Reg. 1. legitur, maledixit pueris
sibi illudentibus.

Quamvis visitatius sit multo maledice-
re alteri, quam alterum, tamen inter mor-
tales philosophos v̄sus etiam obtinuit, vt
ad explicandum effectum quem quis in
alium exhibet maledicere, cum casu etiam
accusandi copulerit. Ad quæstionem er-
go trimembri diuisione præmissa, tria
conclusiones respondeantur. Est enim ma-
ledicere idem quod malum dicere, id
quod trifariam contingit. Vno scilicet
modo sub forma enuntiationis vitium alte-
rius referendo, atque hoc quidem nihil
ad presentem questionem attinet, sed
ad vitium detractioñis, aut contumelie,
aut aliorum que hactenus explicata sunt.
Secundo vero modo, maledicere aliquid
contingit, per modum causæ aut effecti-
ties aut mortis, quia scilicet alius quis-
piam ad agendum mouetur. Atque hoc
idem primum ac proprie Deo per excellē-
tiam competit, qui solo verbo cōdit univer-
sa, secundum illud Psal. Dixit, & facta
sunt. Quapropter Deo benedicere idem
est quod bonum impartiri, & maledic-
re idem quod malum inferre. Secundum

Secunda
arg.Tertiū
arg.Diuisio
tritem
bris.

Kk 3 au.

autem Deum suo quoque gradu, & ordine, competit etiam hominibus qui impetuosos mouent subditos ad aliquid excequendum, ad quem exprimendum, afferendum instituta sunt verba imperatiui modi. Tenuis denunt modo dicere expressio quedam est affectus id desiderans quod verbo exprimitur, cui quidem affecti verbum inseruit optatius modus. Et hic proprius modis vulgo appellata maledictio aut bene dictio, puta boni malivē imprecatio. Ex quo si, quod dicere de his duobus postremis modis vellege id, quod dicitur secundum bonitatem & malitiam, se consequitur, nempe ut qualis bonitas aut malitia latet in voluntate dicentes, talis deponatur in dicto. His ergo præhabitis in prima conclusio. Imperare ut alijs malum fiat, opere que aut imprecati malum quatenus malum illi est, nempe quasi illud propositum suu intenders peccatum est genericu lo mortal. Conclusio manifesta est. Nam malum alieni vel exhibere vel optare charitati aperie repugnat. Secunda conclusio. Malum si imperare, opere, aut imprecati ut ratio nem indui boni, licetum est & quandoq; necessarium officium. Probatur. Nonnullum malum peculiari per sona ut medium concipiatur ad aequalitatem boni, nam hec malum per se non sit necessarium medium boni finis, et malitia tamen hominum accidere potest ut si conductus taliter go easu sua volumas ciuismodi finis bona est, & ita & imperatio & imprecatio illius modij, licet si persona incommodum. Quapropter tunc eiusmodi affectio non est per se propriæ maledictio, sed accidentia, quia tunc non per se malum intenditur, sed bonum, quemadmodum mors quam qui seipsum defendebat, intulit. Tertia conclusio. Imperium huiusmodi & imprecatio mali bisatiam potest rationem boali induere. Vno modo quia rationem habet iustitia quemadmodum Deus ac subinde humanus iudex licet maleficiorem maledicit, supplicio cum adiudicando, quemadmodum & sancta ipsa ecclesia dum anathemate rebelles percellit, iure & merito maledicit. Atque hac ratione & propheta Ioseph maledicunt, maleficioribus imprecantes, diuina sele accommodantes voluntati, ut est illud, Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me ac totus Psalm. 108. Con-

situ super eum peccatorum & diabolos fiet a deus eius & Psal. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terre, vi disperirent de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem, tametsi ieiunio modi imprecationes nonnunquam vim habeant propheticarum pronunciacionum. Secundum modo contingit malum alieni imprecari sub ratione vtilis quia vrique ratione licet ei imprecari, qui moribus corruptis est ægritudinem aliquam, aut aliam calamitatem, qua labotriter castigatus cauus refugiat. Circa has igitur conclusiones, ipsum recolendum est, quod supra de a iis verborum iniurias adnotauimus, nempe adjudicandum maledictionis culpam, pendendum esse animi propositum. Quapropter cum parentes filiis maledicunt nullum inutus habentes mali desiderium, nonnullum est peccatum mortale, quoniam consuetudo profecto pessima est, & hominibus infinita classis pecularis, neque ad correctionem quidquam conseruent, neque quod ipse maledicentem impensè sepe iram in odium concitat, atque animum mutat, ut quidquid malorum imprecari, ferè illis operi. Ad haec demum dictum appellatio, qui illum cui male dicunt, importet, vix a mortali peccato excusat potest. Est enim blasphemus genus & scandulum, sempiternam mortem alieni imprecatio. Neque vero quod maledicentem postuomitam maledictionem dicti penitentiam dicimus est nos precessisse contentum, adeo culpam, sed dum axat est signum impenitentium non iam ex habitu quam ex passione emanasse. Leuiores autem maledictiones plurimorum sunt ventilatio peccata. A qui ut articulo proximo defensuram dicebamus ex maledictionis obiecto, peccatum ipsum speciem trahit. Qui enim impetrat imprecaturque homicidium, homicida reputatur, & qui impetrat furum, fur non autem qui imprecatur ut ab oculis suis spoliaret numis. Hoc autem ad notandum est discernere inter maledictionem sub forma imperandi, & que aferant imprecatoriam. Qui enim imprecationis intentio maledicit, sicut illam habet malum intentionem acque scandalum de sublamin committit culpam, qui vero ut malum hat, imperat, licet nihil habet sinistra intentionis sed fidei id faciat, potest incautus causam danni dare,

aque

aque adeo tantum commitere peccati
quantia fuit cauele negligentia. Ut si quis
familis præcipit ut nudis gladiis quen-
quam terrefaciant ex quo aliquid latronis
aut incommodi subfequatur. Sed quia
scandali meminimus, illud maxime datur
ratione personæ maledicentis, prælatus e-
nam aut quævis gravis persona vix sine
scandalu potest male subditis precari.

*Q*uod autem filii parentibus, aut inferio-
res superioribus maledicant, id quidem
neque per secum licet. Et si enim non mo-
do scandalum, sed contumelias genus, tan-
ta est reuerentia, que illis debetur. Con-
tra tertiam demum conclusionem existit,
argumentum, quod persona priuatæ
non licet optare aliqui malum, tanquam
medum ad assequendum boni, quo-
niam quod facere non licet, nemo videtur
optare alteri posse, nemini autem priuatæ
persona licet illi qui corruptis est moribus
damnum dare ut emendetur, ergo neque
illud licet ei optare. Respondeatur autem
peremptio priori premillâ. Nam quamvis
nihil non licet malum alteri inferre, quia
non sum minister iustitie, licet tamen mi-
hi optare ut Dei permisso (penes quem
summa potestas est) aut publica auctorita-
te, malum ei obtingat, quo flagello respi-
cat. Neque vero solum ob spirituale bo-
num optare vitiis possumus temporale
malum, verum & ad caendum aliud tem-
porale peius. *E*nim vero optare possumus
dilapidatori suorum bonorum temporale
aliquid incommode, ne ludo ac lusibus
illa decoquat. *Q*uin etiam & mortem ali-
cu optare possumus, licet nobis constet
viam perditionis ingressum ire, ut nostra
reipublice mala caueantur, parque & tran-
quillitas contingat. Potest enim quicunque
Turce mortem, & clades omnes impreca-
ri, ut ab eius tyrannie liberemur. *Q*uin
vero Christianis hostibus qui nos iniu-
xte persequeantur, quando alii non patiu-
fet via, licium est id ipsum optare.

*A*d primum igitur argumentum respo-
ndetur, scilicet illi testimonij hoc solum co-
vinci, quod malum, quatenus malum est,
nemini licet imprecati, ac perinde ad secu-
dum respondeatur, quod qui malum alteri
bono fine & proposito imprecati, non il-
lum simpliciter optat, sed bonum.

*A*d tertium respondeatur, quod diabo-
lam quantum ad cius naturam maledi-

cere non licet, quippe quæ Dei signum
est. Tame si propter eius culpari se li-
citur sit, secundum illud Job. 3. Maledi-
cant ei qui maledicunt dici. *S*ensu autem
citatoe authoritatis Eccl. 2. 1. est quod cum
impius diabolo propter eius culpari ma-
ledicit, leprum similiratione iudicat ma-
ledictione dignum.

*A*d illud autem postremo argumento Ad po-
inducum respondetur, quod ille Balaam
merito renuebat populo Israelicio ma-
ledicere, quippe cui confabat eidem popu-
lo Deum benedicere. *S*ecundum autem res
habet de peccatoribus quorum culpas, le-
cer eorum corda non inspiciamus, exter-
nis signis atque documentis perpendi-
mus, & ideo illis possumus in rem suam
maledicere.

ARTICVLVS II.

*V*trum creature etiam irrationali ma-
ledicere licet.

*S*uperiori articulo, quo de maledictio-
nibus quæ in hominem iactantur de-
finitum est, alterum de irrationali crea-
tura subiungitur. Arguitur enim quod non
licet illam maledicere. Maledictio nam-
que aut in pœnam licet, aut ad emendam
culpæ, creatura autem irrationalis neque
culpæ est capax, neque vero pena, im-
mo nihil in creatura irrationali est nisi na-
tura quæ Dei opificium est, cuiusque inslin-
tu appulsuque agitur, quare qui ei ma-
ledicit, in Deum respexit inutram. In
contrarium est quod dominus, ut Matth.
20. narratur, sicut nec maledixit. Et Job
diei natalis suo, ut eius habet historia ca-
pit. 3.

*A*d questionem quatuor conclusioni-
bus respondeatur. Prima, quæ ceteratum
est fundamentum, Benedictio ac maledi-
ctio per se proprie in solam potest conju-
ci rationalem, aut intellectualem crea-
taram. Probat. Benedictio & maledictio
in causa tantum rem competit cui bonū
ac malum ad felicitatem seu infelicitati-
tem pertinens contingere potest, id au-
tem soli creature spirituali aut homini co-
gruit.

Prima
conclu.

Probat.

Arg.par
tis nega-
tuæ.

Kk 4 Nam

Nam brutæ animantes quæ suarum actionum dominium non habent (vi lib. 4. qu. 1. demonstrabamus) neque felicitatis capaces sunt proprie aut iustitiae, neque infelicitatis, & iniuriae. Consistit enim felicitas in affectione ultimi finis quem creature per suas actiones intendit, irrationales autem atque inanimæ creature nec fines agnoscunt, neque illuc quidam ferunt, neque ideo ius proprie ad rem aliquam per le habent, sed quidquid sunt, homines sunt. Maior autem dubitatio est de priore premissa. Nam eis irrationalibus creaturis neque bonum neque malum accidat ad felicitatem pertinens suam, famelice sunt tamen, infirmantur, & moriuntur, quæ quidem mala possumus eis imprecati, atque adeo eis male dicere. Ad hoc veritatem respondeatur, bona aut mala quæ per beneficitionem, aut maledictionem imprecatur, non esse illius generis quæ mere sunt naturalia & generalia Dei concursu lignis, ac faxis contingunt: sed quæ sub speciali prouidentia Dei ad humanam felicitatem referuntur: hoc enim imprecatio optatius modi designant. Hinc ergo gradus sit ad eonē: sionem secundam, Benedicere ac maledicere irrationales creature, continget in ordine ad hominem propter quem creatae sunt, ira ut earum maledictio aut benedictio in hominem ipsum refundatur. Probatio est quod earum bonum & malum ad nostram felicitatem & infelicitatem referuntur. Tribus autem praecepit modis relatio eiusmodi consideratur. Primo quidem, per modum subuenientis, quatenus scilicet eorum servitio ad iumentaque viamur. Et ideo qui agris sterilitatē imprecatur, hominibus faciet iniuriam, quibus arua fructus ferunt, & qui armatis aut pecoris oparet mortem, domino dannum illud oparet. Quare, & in penam delictorum nostrorum sterilitates accidere solent, & iumentorum pestes. Atque hac ratione dominus Genes. 3. maledixit, dum ait, Maledic terra in opere tuo, ut scilicet sudore vultus sui victum quartians pœnas sive culpe lueret. Et econtra Deuteronomio, 28. item bene dicxit, ubi ait, benedicta horre tua, ac subinde maledixit dicens. Male dictum horreum tuum. Secundo modo irrationalis creatura homini per modum: si gnificationis inferuit. Qua ratione dominus maledixit siculicam in significacionem Iudaicæ sterilitatis. Tertio denique modo eadem irrationalis creatura nos per modum continentis referuntur, ut tempus, & locus. Atque hac ratione lobus maledixit diei nativitatis suis. Nonquidem male hominibus precando, ut ille facit quis aeris inclemenciam in frugum detrimentum desiderat. Peccaret enim tunc cum tamen Job 1. legatur quod in omnibus illis non peccauit. Et capit 2. componuit Deus Sathanam ne animam illustigeret, sed maledixit illi diei propter amorem posui humani generis, ac postquam Nempe propter culpam originalem quam sui conceptione contraxit, & propter calamitates a que ærumnas inde humano generi accrescentes, atque ad hanc modum reducunt maledictio Davidis 2. Reg. 1. qua montibus Golboe male presus est, nempe ubi clades Sauli & populi contigit. Tercia conclusio. Maledicere autem rebus irrationalibus, immo & damnobus, ut supra diximus, quatenus creaturæ Dei sunt, blasphemia est. Quarta deum, Maledicere eisdem secundum se confidatis, oīōsum ac vanum est, ac subinde collatum. Conclusio hec ex prima mandate colligitur. Ex his cordatissimis quibus ligere nouerit, quousque licet tempora, aruginem, & locustam aliaq id genus portenta maledicere. Abstinet enim ita factum i. filio, quanta fieri inter aliquos illi possunt, nempe quod locusta de brachio patrone illis ac procuratore, ut ferunt, consignatis, in iudicium euocantur, & constata hie causa virisque agitur, ac demum anathematis cœfuria exterminantur, quæ enim res maiori ludibrio digna conveguntur Christianis potest, quam cum ciuiis di portentis ac vermiculis, & volucris quæ mero naturali instinctu aguntur se riorum agere? Quod ergo in eiusmodi calamitatibus licet, id rāum est ut diuinum auxiliū aduersus demones legitimis eos vocem imploremus, qui in ultione delictorum nostrorum permitti diuinitas soleret eiu'modi incuriosibus ac turbibibus nos infestare. Atque hac forte ratione heterotomos benedicere, quamvis hoc non sit adeo necessarium, sed satis est Deum pro fructuum prosperitate exortare. Benedicte autem campanas religionis habet prædictum,

Obiectio-

Solutio:

Secunda
moneta:
Rō con-
clusiois.

rum, sicut benedicuntur calices, quamquam in his non negaturum, quin possit nonnullum superstitiosum non nihil commisere. Argumentorum ergo solutiones, per ea que dicta sunt, liqueant.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum maledictio, peccatum sit generis suo mortale idemque destra-
tione peius.

Postremo queritur de culpa maledictionis grauius, videtur enim non esse generis suo mortalis, tum quod Augustinus in homilia de igne Purgatorio, inter leves culpas, & hanc commemorat, si quod malefacere peius est quam maledicere, & tamen non quicunque malefaciens mortaliter delinquit. Quod autem econtra grauius sit peccatum quam destratio, inde primum apparet, quod maledictio genus quoddam blasphemie, est ut habetur in glossa super illud canonice Iudae. Quid cum Michael Archangelus cum diabolis disputans altercareretur de Moysi corpore, non est auctor iudicium inferre blasphemiae, blasphemia autem grauius peccatum est detractio. Adde quod maledictio suo imperio caussa est mali qui autem detrahit solum id malum significat quod exsistit, peius autem est caussam esse quam signum. In contrarium autem viriisque paucis est, quod nihil a regno excludit nisi mortale peccatum, a quo tamen maledictio excludit, secundum illud i. ad Corinthi 6. Neque maledictio neque rapaces regnum Dei possidebunt. Quod autem non ad quae detractionis grauarem ex eo constat, quod maledictio licita esse quandoque potest, detractione vero nunquam.

Ad questionem quatuor conclusionibus respondeatur. Prima, maledictio secundum genus suum peccatum mortale est. Longimur enim in proposito de maledictione illa, qua sit intentione mali, nam que bono sit propositio non adducitur in questionem peccati. Probatur conclusio. Imperare malum alteri infligendum, sicut & illud cuiquam imprecari, aduersum est generis suo charitati, cuius ingenium est bona dilectis operare, occidit ergo hoc viatum maledicentis animum. Quo sit ye-

tato sit grauius quanto, & personam quod illi optare tenetur, aut malum quod illi optamus, perniciens est ac nocentius. Vnde Leui, vigesimo. Qui maledixerit pati vel matris, morte moriatur. Secunda conclusio. Potest nihilominus con-

Secunda
conclusio.

tertia
conclusio.

Corolla
rius.

Corolla
rius

nōcumentum inferat, quam sit famē de-
nigratio. Fuit autem tunc leuior, dum le-
uius dānum per ipsam detur. Hęc autē
audienda sunt lēcundum id quod pēse ad
rationē horum vitiōrum attinet, possunt
namque alia considerari accidentia, quib.
pradiēta vītia vel incrementum accipiat,
vel decrementum. Vnus tamen scrupulus
reliqius fit circa tertiam conclusionē, qua
dictum est simplicem maledictionem eo
esse leuioris culpe quam detractionem,
quod non est causa mali. Arguit enim
contra. Maledictiones parentum filios esse
sēpē solēt efficaces, nām hac ratione sunt
eximēscēdē. Deus enim non nunquam
eiusmodi imprecationibus annuit, ac po-
tissimum sacerdotium, vt de Helia legimus
4. Reg. 1. quod ob suām maledictionē
ignis ex cōsilio cadens deuorauit ynum, ac
subinde alterūm quinquaginatum. 2.
de Eliseo capit. 2. quod cum maledicē
pueris nomine Dei, egressi duo nīs de fa-
tu lacerauerunt quadraginta duos. Relp.
detur prima quod dictum Divi Thomā
telligitur de verbis exterioribus, illa enim
non sunt pēnde causa sicut verba detrac-
tionis per quam proditū secrētū pēca-
tū alterius. Secundo intelligitur de ma-
ledictione, que fit mala intentione, illi
enim Deus non co modo exaudit, quo ju-
stas imprecations parentum ac sacerdotiū.
Ad primum igitur argumenū tam re-
sponsum est. Et ad secundū respondebit,
glossa illa intelligitur de maledictione quā
creatura maledicitur, quatenus creatura
est Dei. Et ad postremū, quod concludit
maledictionē per modum imperii, pē-
rem esse detractionē.

Finis Libri quinti, de Iustitia & iure.